

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

3. De neophytis qualiter irregulares sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

Disputatio VI.

Punct. XIX. §. II. & III.

231

in decalog. cap. 27. num. 28. Bonac. disput. 7. de irregulari. q. 3. p. 7. num. 9.

Ad extremum aduentum Sanch. dicto cap. 27. numero 3. t. § Pugna 2.p. director inquisitor. cap. 14. com. 1. vob. hoc adducere. & 3.p. com. 164. ver. 3. filii. Alphonsi de Castro lib. 2. de iusta heretici punt. cap. 2. 6. Simancas de catholice. institut. 2. 29. n. 47. Rosas in singular. fides singul. 12. n. 1. Farina. plures referens de heresi. q. 19. n. 37. ex privilegio Pontificis excusat. si patentes hereticos Inquisitoribus denunciant.

§. III.

De Neophyti qualiter irregularares sint?

1. Neophytus dum sic censetur ab Ordinibus excluditur.
2. Determinare tempus pro quo Neophytes censendus sit. Episcopi arbitrio relinquuntur.
3. Qui in infancia baptizatus est, non est neophytus; etiam si ex patre Iudeo, vel Saraceno descendat.
4. Sorsit aliquibus obiectiobus.

Neophytus dicitur qui nouus est in baptismio in etate adulta suscepit, ut constat ex c. sicut neophytus 48. dist. Huic autem interim dum neophytus est irregulariter esse s. seu arceri ab Ordinibus suscepit constat ex c. 1. & 2. dicta dist. cuius decisio ratio redditura Paulo 1. ad Timoth. 3. ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli, existimans Ecclesiam suo ministerio indigere, id est que in c. constituta 17. 9. 4. redditur incapax ad officia publica. Nam ut inquit Innocentius latens in c. 1. dist. misericordia est, cum magistrum hieri qui nondum esse discipulum didicit.

Determinare tempus, pro quo neophytus censendus sit, arbitrio Episcopi relinquuntur, ut aduentum Suar. a. 43. sec. 3. num. 6. Sayrus lib. 6. thesaur. cap. 13. num. 10. Cominch. disp. 18. dub. 7. num. 5. Bonac. disput. 7. de irregulari. q. 2. p. 1. num. 6. Qui iuxta qualitatem personae, & debitam illius instructionem coarctare, vel prolongare tempus poterit, dummodo decennium non excedat, nam transacto decennio post baptismum Neophytus non censetur, ut notarii ex communione Sayrus, & Bonac. supra. Quocirca si intra biennium, vel triennium a Baptismo suscepit sufficiente probare fidei, & religionis signa dederit ad Episcopi arbitrium, poterit absque illa dispensatione ad ordinis promoueri, ut aduentum Cominch. dub. 7. n. 5. quia cessat haec irregularitas, ut docuit Ambro. in c. Neophytas 61. dist. ibi: Neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in superbiam, sed si non deest humilitas competens sacerdotio, ubi canonicos adharet, virtutum non impatur, saevus cap. 6. quis 57. dist. Vide Couarru. Clement. si furiosus 1. p. §. 2. n. 8. conel. 3. Aula 7.p. disp. 4. dub. 4. Sanc. lib. 2. in decal. c. 28. n. 12. Bonac. p. 1. num. 5.

Ex hac doctrina inferunt minimi esse neophytm, neque irregulari qui in infancia baptizatus est, etiam si descendat ex parte Iudeo, vel Saraceno, neque esse inhabilem ad obtinendas dignitates, & Ecclesiastica beneficia, quia nulli contrarium cauerit; & facit lex 6. iii. 24. par. 7. & notarunt Couarru. Clement. si furiosus 1.p. §. 2. num. 8. conclus. 6. Sanch. lib. 2. in decal. cap. 28. num. 1. Naurart. cap. 17. num. 205. Salcedo præt. cap. 2. num. 8. Suar. disput. 4. sec. 3. num. 8. Sayrus lib. 6. cap. 13. num. 10. & alii apud ipsos. Qui recte monent in hac parte nihil esse concilio Cone. Trident. muratum sess. 23. cap. 7. de reforma, ubi præcipit Episcopis inquirere ordinandorum genus &c. quia haec inquisitione tantum voluit Concilium, ut ea, que sunt à iure statua exacte obserwarentur. Quapropter cum à testibus exigatur iuramentum, an ordinandus sit Christianus veteranus, intelligendum est iuramentum, sit ita Christianus veteranus, ne non sit neophytus, neque filius ancilla, neque hereticus ut taliter condemnati. Unde esto descendat ex parte Iudeo, vel ad fidem reconciliato, poterint in prædicta depositione testes iurare absolute illum esse Christianum veteranum, neque à Mauris, aut Saracenis descendenter, qui non descendit ex modo quo impeditus ab Ordinibus, beneficis Ecclesiasticis, & officiis publicis. Sicut notauit Sanchez a. cap. 28. num. 12. Bonac. p. 1. num. 5.

Sed obiecent aliqui constitutionem Pauli I V. relatarum à Naurarro lib. 5. consil. 11. de Iudeis, & Saracenis, cap. 1. in qua descendentes ex Iudeis, & hereticis siveque ad quartam generationem prohibentur sacræ. Ordinibus initiatu: quam constitutionem Gregor. XI I. extendit ad descendentes ex Saracenis. Hoc tamen constitutiones, ut aduentum Aula 7.p. de irreg. disp. 4. dub. 3. Gasp. Hurtado disp. 2. diff. 3. num. 9. vñl recepte non sunt. Præterquam quod latè sunt pro ordine D. Francisci ad quem prohibentur admitti sic descendentes, ut dixit Sanch. lib. 2. in decal. c. 27. n. 3. Rodrig. qq. regul. 1. q. 14. art. 1. & 2. & in sum. 2. c. 5. n. 2. Quinimo Sixtus V. ut præfati Doctores referunt, prædictas constitutiones restrinxit ad secundam generationem paternam, & primam maternam.

V. 2. secundum

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars VI.

Secundò obiiciunt cap. constituit. 17. q. 4. vbi Iudei; aut iij qui ex Iudeis sunt ab officiis publicis excluduntur, ergo quod modicō descendāt sūnt inhabiles; sed facilius respondeat cum Sua. disp. 43. sect. 3. num. 9. Sanch. lib. 2. inde alog. cap. 28. num. 1. 5. intelligi de iis qui sunt ex Iudeis nouiter ad fidem conuencti, non de illis qui ab infante fidem suscepserunt. Secundò respondeo nomine eorum, qui sunt ex Iudeis, intelligi eos, qui sunt ex Iudeorum familia, & in Iudaismo persecutur; nam in supradict. constituit. Iudei; & iij qui ex Iudeis sunt dominatiori distincti à Christianis. Supponit ergo Textus illos in suis Iudaismo persecutare.

ergo Tertius filio in suo iudicium pertinet.

Supradicta doctrina procedit secundum ius commune, nam si particularia statuta à Pontifice confirmata spelemus; certum est, descendentes à Iudea, Mauri, vel Saraceni existenti, etiam usque millesimam generationem ac aliquibus beneficiis, & cancellariis, ut in Ecclesia Tolentana, & Legioniensi, & ab aliquibus officiis publicis, ut in tribunalibus sancta Inquisitio.

§. IV.

De dispensatione irregularitatis ex haeresi
prouenientis.

- 1 Cum hereticis ad fidem redemptib[us] solus Pontifex dispensat, ut Ordinibus intinentur, vel ad superiores ascendunt.
 - 2 Ut in Ordinibus habitis ministrant et si aliqui nullam dispensationem requirant, verius est Episcopi dispensatione indigere.
 - 3 In hac irregularitate occulta plures censent non posse Episcopum virum Conc. Trident. dispensare.
 - 4 Verius videatur oppositum.
 - 5 Aliquibus granibus Doctoribus placet posse quemlibet ex insquisitoribus dispensare in foro conscientia. Sed oppositum est verius.
 - 6 In irregularitate ob apostasiam à fide factam si aliqua sit, Episcopus dispensare poterit.
 - 7 In irregularitate, quam sicut, Et nepotes hereticorum contrahunt, solus Pontifex dispensat.

CVm hæreticis ad fidem reducentibus solum Pontificem dispensare posse, ut Ordinibus initientur, vel si initiati sint, ut ad superiores ascendant, restatur pluribus relatis Suar. disputat. 43. sed. 1. num. 6. Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 2. numero 13. & 14. Bonac. disputat. 7. punct. 7. quæst. 3. numero 12.

2. Ut verum in Ordinibus iam habentis ministrant. Gaspari Hurtado dis. 1. de irregular. difficult. 2. in fine, & aliis quos tacito

Veriō in Ordinibus iam habitis ministrant. Gaspari Hurtado disp. 1. de irregular. difficult. 3. in fine. & aliis quo tacito nomine refert. Coninch. disp. 18. dub. 7. num. 5. placet dispensatione non iudicere, sed libenter eos Ordines exercere posse, eo quod in cap. Saluberrimum. 1. qu. 7. & cap. Non consuetudine disp. 12. id videatur permisum. Sed rectius docuerunt Suar. dicta seft. 1. num. 6. Sanch. num. 14. Coninch. num. 52. Episcopi dispensatione iudicere, ut colligatur manifeste ex cap. Presbyteros 5. o. disp. idque indicatur in cap. Saluberrimum, quantum dicitur eos habere debere pro beneficio, ut in suscep- tione Ordinibus ministrare possint. Si igitur loco beneficii, ut gratia ex ministratio habenda est, ego non effilius iure debita. Quinino exsiliatus Suar. disp. 43. seft. 1. num. 6. Coninch. num. 52. Bonac. disp. 9. q. 3. p. 7. num. 13. Sanch. lib. 2. in de- catalog. cap. 2. num. 14. neque Episcopum dispensare posse quad sacerdotij vsum, & satis indicatur in dicto cap. Presby- teros 5. o. disp. Et forte ob hanc causam Pius V. anno 1567. prohibuit generali Hispania Inquisitor, ne habiles rede- ret presbyteros hetericos, ut in altari deftererent, prout re- ferte Pegna direct. Inquisitorib. 3. part. quest. 126. com- mon. 1. 57.

Difficultus autem est, An possit Episcopus virtute Conc.
Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat. in hac irregularitate oc-
culte, neque deducta ad forum contentiousum dispensare? Ratio difficultatis est, quia communior sententia affirmit et sic
reveratam Episcopo facultatem ab soluendi ab heresi in eo
decreto concessam. Ergo etiam est illis revocata potestas
dispensandi in irregularitate inde proveniente. Tum quia
haec irregularitas est accessoria heresi. Tum praecepit quia
in cap. can. illorum de sentent. ex communicar. dicitur Episco-
pos non haberet potestatem dispensandi in cassibus, in quibus
corum absolutionis est illis interdicta, cum maiora intelligantur
illis prohibita, quibus veritas sunt minora. Absolutio au-
tem minus est quam dispensatio, ut sentit. Gioffatib; Abbas
n. 2, notab. 3. Felin. num. vni. Ergo denegata Episcopis po-
testate ab soluendi ab heresi, consequenter conetur denegata
potestas dispensandi in irregularitate ex illa proveniente.
Atque ita ut probabilissimum tradit. Suar. disp. 43. sed. 1. n. 15.
Tolet. lib. 1. cap. 46. Filiv. tratt. 20. num. 2. 31. Bonac. de ire-
gular. disp. 7. 3. p. 7. manu. 1. 2.

Nihilominus verius censeo, posse Episcopum dispensare,

prout aliis relatim docuit Sanch. lib. 2. decalog. cap. 2. 5. num. 18; Farinac. de hæresi q. 19.4. n. 7. 79. quia haec dispensatio dici nequit majoris considerationis; quam ab solituo a crimen hæresis, & illius excommunicationis; quia haec irregularitas non est certa; sed dubia; ac proinde etiam si intelligamus negaram Episcopis esse potestatem absoluendi ab hæresi; non inde inferitur esse negatam potestatem di penitentiis in illius irregularitate; quia dubia est. Quando autem dicitur potestam dispensandi maiorem esse potestate absoluendi; intelligitur de potestate dispensandi in impedimento certo non dubio; quale est haec irregularitas. Negare dispensatio huius irregularitatis est annexa excommunicationi abolutioni; cum sint potestates omnino distinctæ, & separatae.

Porro aliquibus graibus doct' oribus. Mandatio de signa-
tura gratia, verbo absolutio ab harenis. Umberto Locato
in iudicital, inquisitor. verbo irregularitas numero 2. Lelio Ze-
cho tract. de fide, cap. 11. num. 16. in duodecima pena haras.
Henriq. lib. 14, cap. 18. num. 2. placet posse quemlibet exla-
quitoribus falcem pro foro conscientie dispensare in hac
irregularitate ex constitutio Clemente V. II relata à Pega
in director inquisit, ad finem. Sed verius est oppositum, pour
defendit Suar. disq. 43, sect. 1. num. 5. Pega direct. 3, p. 9. 126.
commens. 175. Sanch. lib. 2. decalog. cap. 2. num. 19. Farina de
harenis qua s. 12. num. 76. Quia praedicta constitutio vnu. &
confutundine censeatur reuocata. Praterquam quod lata vide-
tur pro personis quæ eo tempore aderant, neque ad alios
extendi.

Quoad irregularitatem vero incusam ob apostoliam à fide factam, si forte aliqua sit, si tempore aliquo delictum commissum est, poterit Episcopus dispensare cum Clericis presbytero inferioribus, ut in lucepsis Ordinibus ministraret, et cum presbytério ut officia sacerdotalia, & munus predicatorum exerceat solus poterit Pontifex sicut & concilium concedere, ut ad Ordines promoveatur, vel ad superiores ascendat. Cum his vero qui à fide sponte apostolarunt, neque ad ascensum ad Ordines, neque ad fulseptorium vnum potest aliud præter Ponitificem dispensationem concedere. Quia omnia constat ex capit. Presbytero 50. dist. Et tradit. Sua. dispens. 43. seit. 2. numero 4. Et 3. Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 2. numero 21.

Si autem de irregularitate, quam filii, & nepotes heretorum contrahunt, loquamur; penes Pontificem tantum est potestas dispensandi, neque in Coac. Trident. concedit hac facultas. Tum quia hoc non est irregularitas ex delito occulto prouenire. Tum quia hoc non est irregularitas ex delito immediata proueniens, etiam ex delicto oratum habeat, sed ex indecentia, quam filii contrahunt ob patrem delictum. In suscepis autem Ordinibus antequam delictum patrem declaratur, & notorium fiat bene possunt huiusmodi ministrare nulla dispensatio requisita, quia iure acquisito non priuantur filii ob parentem delictum. Colliguntur ex dicto cap. 2. de hereticis in 6. vbi huiusmodi filii ab officiis habent non deinceps, tametsi inhabiles sicut ad alia obtinenda. Sic Glosa cap. 5. satis perlexum 56. dist. in princ. Matol. lib. 5. de irregular. cap. 47. n. 6. Sicut disp. 43. sect. 3. n. 2. Sanch. lib. 2. 10. de cap. 2. 8. sub num. 10.

P V N C T V M XX.

De irregularitate proueniente ex infamia.

1. Infamia que sit. & quinque: 2. Explicatur infamia qua ex delicto proprio nascitur. 3. Requiritur delictum esse pororum. 4. Ex condamnatione delicti publici infamia nascitur. 5. Ex delicto alieno nascitur infamia. 6. Item ex officio. 7. Explicatur infamia nata ex facto ipso seclusa omni legi. 8. Quod si crimen sit inter infamiam iuri. & facti. 9. Infames sive iuris sive facti, irregulares sunt. 10. Infames exclusi sunt a dignitatisibus obtinendis. 11. Hos infames sit esse exclusi ab bussine modi dignitatum. va- carum prouisio irrita sit documentari pluri. Tamen si cur- ratur non videatur improbabile. 12. Si infamia per officium efficiuntur. & beneficiorum dignitatum que superuenient, non obligant infamiam ex se adiudicant. 13. Qualiter infamia iuri abeatur quod effectus iure can- nico insidet? 14. Infamia facti emendatione viti abeatur. 15. Nulli ratio propter dictas irregularias annexa est.

In fama est boni nominis, restaque existimationis diminutio; nam cum fama sit status dignitatis, id est humanae conditionis legibus, & moribus comprobatur, ut colligitur ex leg. cognitio, s. existimatio, ff. de vario, & extraordinaria cognitione. Et ex L. regia 1. iii. 6. 7. infamia quae huic fama opponitur est diminutio, seu pruariorum eius status. Hac infamia praudat et presentia spectat duplex est, alia iuriis, alia facti. Infamia